Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



corum. Sed in testimonium inter nos et
uos. quod nos uerissimus catholici. et uos iu
dei miseri. et sobolem nostram. quæ est matris
ecclesiæ. uramque pgeniem. quæ est matris
synagogæ. Ut seruiamus dno. in sanctitate
et iustitia coram ipso. et iuriss sit nostri. qui
ueri sumus serui dei. offerre holocausta con
tritionis. et uictimas deuotionis. et pacifi
cas hostias laudis. Et nequaquam dicant
cras filii uestri. filiis nris. ut in futura gene
ratione reuelatæ grē tempore. non dicant
cultores circumcisionis et sabbati. cultoribus
baptismi. Non est nobis pars in dno. qui ue
nistis de ppulso. quia sola ei placet circum
cisio. Quod si uoluerint dicere. cum sicut
duri cerruice sancto spū incipient resistere.
respondebunt eis. uoce STEPHANI prow
martyris. Ecce altare dni. quia uideo ism
stantem ad dextris dei. qui est uere altare
dni. Quod fecerunt patres nri. diuersis psi
gurationibus celebrantes mysteria XPI.
Non in holochausta taurorū et uitulorum.
neq; in sacrificium arietum et hircorum.
sed in testimonium uim. quod est ruina
multorum. ac nrm. quod est resurrectio
multorum. Absit a nobis hoc sceleris. cum
quibus ipse dei filius uere pacis instituit fe
dus. dando nobis pignus spiritus. Ut rece
damus a dno. fide. spe. et dilectione. ipsi in
seruiendo. et eius uestigia relinquamus.
crucis eius imitationem non circumferen
do. Erstructo altari. non illo nostro saluta
ri. ad holocausta taurorū et uitulorū. et
sacrificia arietum et hircorum. et uictimas
offerendas similagnis et incensorū. Preter
altare dni dei nostri. quod est salutare dei
nri. Quod erstructum est ante eius taber
naculum. quod ipse preparauit ante faciem
omnium pplorum. Dicunt ista ruben et
gad dnte. et dimidia tribus manasse. dicunt
ista sancti patriarchæ et pphe. et fideles ueteris
testamenti. cultoribus legis. psigurationibus
typicis. uelantes mysteria sui redemptoris

SEQUITUR.

QUIBUS dudum finees sacerdos. et princi
pes legationis isrl. qui erant cum eo
placati sunt. et uerba filiorū ruben. et gad. et
dimidie tribus manasse. libentissime suscepe
runt. Dixitq; finees filius eleazari sacerdos ad
eos. Hunc sciimus. quod nobiscum sit dns. quō
alienis estis a puaricatione hac. et liberastis filios
isrl de manu dni. Reuersusq; est cum principi
bus. a filiis ruben et gad. de terra galaad ad filiū
chanaan ad filios isrl. et retulit eis. Placuitq; ser
mo cunctis audientibus. et laudauerunt dnm
filii isrl. et nequaquam ultra dixerunt ut ascen
derent contra eos atq; pugnarent. et deleruint
terram possessionis eorū. Vocauerunt q; filii ru
ben. et filii gad. altare quod erstruxerant. tes
timonium nrm. qd dns ipse sit DEUS.

FINEES Sacerdos. et principes legationis
isrl. uerbis filiorum ruben. et gad. et dimi
die tribus manasse placantur. quia ministri
ueteris sacerdocii. et cultores decalogi. sanctorū
patriarcharum. pphārum. ceterorū q; fidelium
ueteris testamenti. sacras et salutares dispensa
tiones gratanter amplectuntur. quibus myste
ria future redemptionis. typicis hostiarum et
litterarū suarum contegebant inuolumentis.
Dicit g finees filius eleazari sacerdos ad eos. qa
uetus illud sacerdotium. salutat ueteris testa
menti patres et electos. Hunc sciimus. quod no
biscum sit dns. qa notus tantum in iudea ds.
et in isrl magnum nomen eius. Quoniā estis